



Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

VI. An credant Catholicam Ecclesiam apud hos esse, qui nunc aduersantur Romanæ Ecclesiæ, & Episcopis, qui præsunt ordinaria successione? An uero apud illos Christianos, qui nominantur Catholici, & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Fides autem qua amplectimur Symbola , nimirum non auctoritate auctoritatis Ecclesiae, sed perspicuo verbo Dei, tametsi Ecclesiam catholicam docentem pie audimus, & sinceræ veritatis testimonij confirmantur, sicut Paulus uult infirmos a firmioribus confirmari.

Q V I N T A Q V A E S T I O .

A N C R E D A N T E X T R A I L L A M E C C L E .

siam nec salutem, nec remissionem peccatorum esse,
& quod omnes, qui se scientes & uolentes ab
ea se iungunt, sint damnandi ut
haeretici & schismatici?

R E S P O N D E O . De catholica Ecclesia concedo. De Pontificio agmine, quod ipsi nominant Romanam Ecclesiam, nego. Ut enim in Iudea impi Pontifices, Sadducæi, & Pharisei, etiam si dominabantur, non erant catholica Ecclesia Dei, quia non retinebant doctrinam catholicę Ecclesie Dei, uidelicet Prophetarum, sed Zacharias, Simeon, Maria, Elisabeth, Ioseph, & horum auditores, quamquam pauci erant collati ad multitudinem hostium, tamen erant catholica Ecclesia Dei, quia retinebant doctrinam Prophetarum: Ita hoc tempore Pontificij, cum sint hostes Euangelij, non sunt catholica Ecclesia Dei, etiam si dominantur & iactitant successionem ordinariam. Et unitas catholicæ Ecclesie est consensus in fundamento, uidelicet in articulis fidei, & mandatis diuinis, etiam si qua est dissimilitudo in ritibus humanis. Quare affirmamus, nos nec discedere nec discessisse a Catholica Ecclesia, quæ Symbola amplexa est, Apostolicum, Nicenum & Athanasianum, nec a patribus, Irenæo, Ambrofio, Augustino, Prospero & similibus, etiam si qui ritus humani tunc alij fuerunt. Semper enim aliqua dissimilitudo rituum humanorum fuit. Sed a Pontificeis ut discedere vult, necessaria causa est, quia scriptum est: Fugite idola. Item: Si quis aliud Euangelium docet anathema sit. Item: Blasphemia spiritus non remittetur.

S E X T A Q V A E S T I O .

A N C R E D A N T C A T H O L I C A M E C C L E .

siam apud hos esse, qui nunc aduersantur Romanam Ecclesiam, & Episcopis, qui præsumunt ordinaria successione: An
vero apud illos Christianos, qui nominantur Catholicos, & retinent unitatem Ecclesie, obedi-
entes uni Romano Pontifici?

R E S P O N D E O P E R S P I C Y E . Ecclesiæ nostram confessio-

Gg 5 ne n

n m amplectentes verissime esse membra catholicæ Ecclesiæ Dei, & hoc tempore veram Dei Ecclesiam, iuxta dictum: Quos nra vocem meam auſtunt. Et in his nostris ceteris vere sunt electi multi, iuxta dictum: Quos elegit, hos & vocavit. Et multorum confessio in ſup- plicijs ostendit præſentiam Spiritus sancti. Ac doctrinam nostram Ecclesiæ congruere cum veroris & purioris Ecclesiæ ſententiā, fit etiā necesse est eos, qui dextre iudicant. Nec ideo noſtræ Eccleſia non ſunt membra catholicæ Ecclesiæ Dei, quia in aliquibus eſt infirmitas & ignorantia aliqua, qui tamen retinent fundamentum, & ſunt dociles, nec oppugnant agnitionem veritatem, quia de infirmitate ſcrip- tum eſt: Infirmos aſſume. Item: Alius ſupra fundamentum extruit huius- pulas. D e altera parte articuli diſtinguo. Certiſſimum eſt de- fenders idolorum & errorum pugnantium cum mandatis diuinis & articulis fidei, præſertim patefacta veritate, non eſſe membra catholicæ Ecclesiæ Dei, vt apud Iudeos blaſphemii & paricidei, qui aduersabantur Christo & Apoſtolis, non erant membra catholicæ Ecclesiæ Dei. Tales nunc ſunt Pontifices Romani & eorum ſatelli- tes, qui agnitiæ veritati aduersantur, & ſeuittam exercent in homi- nes pios. Fuerunt autem ante hanc lucem Euangelij mulci sub ei, vt Bernardus, Bonaventura, & alij multi, qui eis habuerunt con- gia errorum, tamen de fundamento melius ſenſerunt quam plen- que alij. Taxarunt etiam craſlos errores. Hos conſugientes ad mi- ſericordiam, & deplorant ignorantiā ſuam, fuſſe membra catholicæ Ecclesiæ, non negamus, vt etiam ſub impijs Pontificibus & Phariſeis ſcintilla veræ doſtrinæ in Nicodemo, Phariseo, & alij mul- tiſimilibus fuit, qui dociles erant, & veritatem quaerebant. Si quæ nunc tales ſunt exorta luce Euangelij, qui tamen infirmi ſunt, ha- hortamur, vt diſtant doſtrinam patefactam, & vinceant infirmitatem ſuam, neſ ſuo exemplo ſtabiliant idolorum cultus & errores, iuxta dictum: Fugite idola.

S E P T I M A Q V A E S T I O.

A N C R E D A N T, S A N C T A O E C U M E N I C A
concilia in cauſis fidei, quorū ſententiæ poſtea ab uni-
verſa Eccleſia recepptæ ſunt, errasse. Et an licet de-
creta eorum rurſus in dubium vocare?

R E S P O N D E O D E S E C V N D A P A R T E. Si quid illa Sy-
odus decrevit contra mandata diuina, ſeu contra articulos fidei,
eſſe eſt illud decretum taxare. Ut cum proxima Tridentina Synodi
decretum fecit: Hominem ſemper debere dubitare, an ſit in gra-
tia. H uic impio decretu necesse eſt aduersari. Tollite cum